

Incipit liber qui corrector vocatur medicus, qui correctiones corporum et animarum medicinas pleniter continet, et docet unumquemque facerdotem etiam simplicem, quomodo vel qualiter unicuique succurrere valeat ordinato, sine ordine pauperi, diviti, juveni, seni, decrepito, fano, infirmo, in omni aetate, in utroque sexu.

Legitur haec inscriptio nbris literis exarata fol. 1^a. Super scriptum est ab eadem manu nigris literis: "Ex penitentiali Romano." Liber ipse ead. pag. incipit: "Epdomada priore ante initium quadagesimae presbyteri plebium ad se convocent populum." Ep poenitentiale vetus latinum, quo hunc etiam inscriptur a Goetzio. In catalogo vetere hic liber vocatus omnium praeclarissimus. Clodius annotavit, priora 48 foliorum continere librum XIX decretorum ~~de~~ Buschardi Wormatiensis (de quo conf. Bandini codd. lat. I, 265. IV, 61. Fabricii libl. gr. XI, 80), et post verba fol. 48^a: "Tunc enim plures ad poenitentiam polsan revocari, si populi auribus non publicetur conscientia confidentis," in margine monuit: Hactenus Buschardi Wormatiensis liber XIX. decretorum de poenitentia. Ultima verba huius voluminis fol. 95^b haec sunt: "Haec eadem poenitentia imponenda est patricidis, fratricidis et confangineorum interfectoribus, nec non et qui fronte per fraudem et avaritiam dominem innoxium occidunt, quod morbidum vorant." Infest. multa, quae ad historiam monum vel superstitionum ipsorum saeculorum illustrandam egregie fecerunt, v. c. fol. 12^b contra superstitiones quoddam ritus. Plura genera fornicationis fol. 14^b ita enumerantur:

Si cum masculo inter coxas, ut quidam solent facere, fornicationem fecisti, ita dico, ut tuum virile membrum inter coxas alterius mitteres, et sic agitando semen effundisti: si fecisti, x dies

Poenitentiale
vetus latinum
fol. 1^a.
Liber p. 242

fol. 17^a